

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΤΟΜΕΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΕΡΕΥΝΩΝ ΝΕΟΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
ΔΙΕΥΘΥΝΤΗΣ: ΑΝ. ΚΑΘΗΓΗΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Θ. ΠΕΤΣΙΟΣ

ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΕΙΑ

Ε.Υ.Δ της Κ.τ.Π
ΙΩΑΝΝΙΝΑ 2007

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΤΟΜΕΑΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
ΕΡΓΑΣΤΗΡΙΟ ΕΡΕΥΝΩΝ ΝΕΟΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ
ΔΙΕΥΘΥΝΤΗΣ: ΑΝ. ΚΑΘΗΓΗΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Θ. ΠΕΤΣΙΟΣ

Ε.γ.Δ της Κ.τ.Π
ΙΩΑΝΝΙΝΑ 2007

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΓΥΡΟΠΟΥΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑ

1

ΠΡΟΣ ΝΙΚΟΔΗΜΟΝ ΤΡΑΓΚΕΔΙΝΗΝ

(Ἐκ Φλωρεντίας, 1 Αὐγούστου 1460) ¹.

Johannes Argiropilus Constantinopolitanus Nicodemo nobilissimo et preclarissimo viro, domino Nicodemo serenissimi ducis Mediolani egregio oratori, suo patri percolendo salutem.

Non sensi tuum recessum. Nam si sensissem et tuam prestanciam rogassem. ut illam rem peregas, et ad serenissimum principem litteras dedissem. Nunc tandem sensi et statim ad prestabilitatem tuam has exaravi et ad serenissimum litteras dedi. Obsecro igitur tuam humanitatem, ut rem illam diligentius agas, ut des meas litteras serenissimo et ut me sue serenitati vehementer commendes. Sum enim eius servus fidelis atque perpetuus. Vale vir prestantissime et me ama. Ex Florentia 1 Aug. 1460.

Puer de quo diximus Theodorus appellatur Rhaul et est filius nobilis viri Nicholai Rhaulis

Nobilissime atque magnifice vir. Vidi atque percepi ea que ad me vestra nobilitas scripsit, et etiam que percepit clarissimus et disertissimus vir Filelfus. Et cum non habeam domi librum Plutarchi illum, dabo operam ut paulo post habeam illum et videam illum passum quo pacto se se habet; deinde ad vestram prestabilitatem scribam.

¹ Περιλαμβάνεται ἐν ἀντιγράφῳ ἐν τῇ τῆς Ῥικκαρδιανῆς βιβλιοθήκης τῆς Φλωρεντίας κώδικι 834 φ. 36^α.

10. *comendes*

2-

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

(Ἐκ Φλωρεντίας, 5 Σεπτεμβρίου 1460).¹

Johannes Argiropulus Constantinopolitanus nobilissimo et preclarissimo viro d[omi]no Nicodemo suo amico percolendo sal[utem].

Et paulo ante litteras ad nobilitatam tuam dedi una
5 cum litteris quas ad illum dedi, et nunc etiam identidem facio. Rogo itaque ut has etiam litteras des serenissimo principi et me ei plurimum commendes et etiam illum puerum de quo nobilitati tue nonnulla locutus sum, qui quidem sub tutela illustrissimi principis vivit Theodorusque
10 appellatur Rhaul, filius nobilis viri greci domini Nicolai Rhaulis Issis. Quod si illud quod nobilitati tue dixi fuerit impetratum, litteris antea certiozem me redde. Sin minus fiet, at id tamen nobilitatem tuam summopere rogo ut puerum iam dictum plurimum serenissimo principi mea ex
15 parte commendes. Hoc cum ceteris officium magis obligatum me tue nobilitati reddet. Vale felix et fac ut a serenissimo principe litteras habeamus pro ijs que scripsimus ut auctoritatis aliquid te intercedente apud illum consequamur. Vale iterum felix et me ut soles ama. Ex Florentia
20 V die septembris 1460.

¹ Περιλαμβάνεται ἐν ἀντιγράφῳ ἐν τῷ τῆς Ῥικκαρδιανῆς βιβλιοθήκης τῆς Φλωρεντίας κώδικι 834 φ. 36^α.

1. *Argiropulus Constantiropolitanus* 2. *precolendo* 11. Διὰ τοῦ *issis* ἀνταποδίδεται τὸ ἐπώνυμον τοῦ Ῥαοῦλ Οἰσῆς 18. *auctoritatis*

3.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΔΟΥΚΑ ΜΕΔΙΟΛΑΝΟΥ

ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΝ ΣΦΟΡΤΣΑΝ

('Εκ Φλωρεντίας, 5 Σεπτεμβρίου 1468).¹

Illustrissime et Serenissime Princeps. Paulo ante litteras ad Illustrissimam Dominationem tuam per nobilissimum Virum Nicodemum dedi. Et nunc etiam scribo. Quod quidem non importuni hominis ut puto, sed obligati vehementer videbitur. Quid enim aliud benivolos servos absentes erga 5 suos dominos agere decet, quam et bene de illis sentire et etiam scribere? Quod si humanitatis etiam quippiam occurrat officium et illud addendum est, et una operatione plura officia sunt exercenda. Scripsi igitur ad Illustrissimam Dominationem tuam de Theodoro Rhaule filiolo nobilissimi 10 et preclarissimi viri domini Nicolai Rhaulis Issis, commendando illum serenitati tu pro qua etiam nonnulla nobilissimo viro Nicodemo imposui ut ea Serenitati referat tuae. Pro eodem etiam et nunc scribo et ipsum humanitati summe serenissime dominationis tue commendo. Est enim et pie- 15 tatis opus et clementie Serenitatis tue succurrere miseris, presertim talibus quos sub regia tutela vel educari vel vivere decet. Atque me non solum propter cetera multa, sed ob hoc etiam obligatum magisque obstrictum servum habebit perpetuo serenissima Dominatio tua, quam quidem exopto felicem 20 esse semper atque beatam. Ex Florentia V die Septembris.

Serenissime dominationis tue.

*Servus Ioannis Argyropulus
Constantinopolitanus.*

¹ Σώζεται αυτόγραφος ἐν τῷ Archivio di Stato τοῦ Μεδιολάνου ἐν τῷ φακέλῳ Autografi. Uomini celebri. Argiropoulo Gio. Φέρει δὲ ὀπισθεν τὴν διεύθυνσιν- Illustrissimo et serenissimo Principi et domino domino F. dei gratia inclyto Duci Mediolani etc.

4

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΑΡΔΙΝΑΛΙΟΝ ΒΗΣΣΑΡΙΩΝΑ

(Ἐκ Φλωρηντίας, 26 Ὀκτωβρίου)¹.

Ioannes Argyropylus Bessarioni cardinali. S[alutem] p[lu-
rimam] d[icit].

In ipso meo acerbissimo casu ac miserabili calamitate
duobus liberis intra paucas dies in ipso flore iuventutis amis-
5 sis, diuinum opus tuum mihi oblatum est adversus Platonis
nostri fedissimum calumniatorem aditum. Quod et si vi ca-
lamitatis et doloris magnitudine opprimebas ut mei compos
esse non possem (nullum enim modo resistere dolori pote-
ram) perlegi tamen eo tempore quo fessa aliquando ac de-
10 fatigata natura cessare a luctu et animus aliquanto tran-
quillus esse cogebatur. Ea vero in eo opere inveni quae ab
acutissimo tuo ingenio et singulari rerum omnium scientia
proficisci posse certo sciebam. Nihil profecto desiderari in eo
potest quod ad summam rei de qua agitur perfectionem per-
15 tinere videatur. Est in illo elegantia sermonis platonice si-
milis; est subtilitas gravitasque sententiarum, est preterea
dispositio rerum qua nulla alia accomodatior excogitari fin-
gique potest. Quid plura? Est splendor libri totius, ea dig-
nitas, id artificium, quae et proposita materies et eius viri
20 cuius partes defendebantur dignitas postulabat.

Egisti Bessario quod ad eruditum virum, quod ad iustum,
quod ad optimos mores pertinere videbatur, et hominem
innocentissimum, sapientissimum, optime de hominum ge-
nere meritum contumeliis affectum iniquis et ut ignarum et

¹ Περιλαμβάνεται ἐν ἀντ. γράφῳ ἐν τῷ Vaticanus latinus 2934 φ. 242^a - ε (Α) αἰῶνος ιε', καὶ τῷ Vaticanus latinus 3399 φ. 256^a, αἰῶνος ις' ἀρχομένου (Β).

1. *cardinali* B: *car.* A . p. D A: *sal. pl.* D B

flagitiosum notatum defendisti. Tum fabulae illius qui divino homini bellum nescio quo consilio indixerat rationes ineptissimas dissoluisti. Preterea multas praeclarasque sententias philosophorum occasionem nactus non modo parentibus sed etiam posteris aperuisti. Qua propter non mediocres tibi perpetuo gratias genus mortalium debet. In primis autem 5
tanti tibi benefitii obnoxii sunt Latini. Neque enim post hac hujusmodi ineptiis seduci poterunt et ea quibus ab Aristotele carpi Plato videretur ita ut capienda sunt accipient et Platonem insuper talem fuisse qualis natura moribus scientia fuit, 10
si auctoritati doctorum hominum credere, si rationibus obtemperare valuerint existimabunt. Plura scribere nequeo et si res ipsa, magnitudine dignitateque sua, plura efflagitare videtur.

Mens enim magnitudine doloris oppressa nullum recte exercere officium potest. Vale vir sanctissime. 15

Florentiae, VI^o calendas novembris.

5.

ΠΡΟΣ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΝ ΜΕΔΙΚΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΗ

(Ἐκ Ῥώμης, 2 Νοεμβρίου [1470];)¹.

Jesus.

Ioannes Argyropylos Magnifico Laurentio suo s[alutem].
Ecce secunde littere nostre eadem de causa eademque

1. *flagitiosum* A: *flaginosum* B 3. *praeterea* 16. *calendas novembris* B: *calen̄ novēbr̄* A

¹ Περιλαμβάνεται αυτόγραφος ἐν τῷ Archivio di Stato τῆς Φλωρεντίας ἐν τῷ τμήματι Carteggio Mediceo avanti il Principato, ἐν φακέλῳ XX (Filza) ἀρ. 635. Λαίπει τό τε ἔτος καθ' ὃ ἐγράφη καί τὸ σημεῖωμα περὶ τῆς ἡμέρας τῆς εἰς τὰ γραφεῖα τοῦ Λαυρεντίου Μεδίκου ἀφίξεως. Φέρει μόνον ὀπισθεν τὴν διεύθυνσιν Nobilissimo et prestabilissimo viro dno Laur[enti]o Medici amico [suo preclarissimo. Florentie.

postulantes ad te misse sunt: atque et si molesti tibi esse videamur: ne tamen iusta in re tui amici tueque preclare domui obligati: tam parui pensi esse videamur: omnis molestia est subeunda. Obsecro igitur te, preclarissime Laurenti:
 5 ut, si res illa nostra nondum est absoluta: detur abs te opera pro nostra necessitudine: ut cito perficiatur. Libris nostris, iniquo fato summa cum iniuria preter spem omnem caremus, traductionibus nostris, que ad divinum illum hominem Cosmum tuum avum atque ad preclarissimum patrem tuum Pe-
 10 trum referuntur, pari modo caremus, et sunt complures prestantissimi viri reverendique patres qui illas habere vehementer affectant. Noli pati, mi Laurenti: ut nos tibi dediti domuique tue, ob invidiam fortasse ac avariciam nonnullorum iniuriam patiamur. Te defensorem, te patronum optimum, omni-
 15 bus in nostris rebus semper habuimus, te esse et hanc rem instantem: et omnes futuras referimus: habuisti nos; habes atque habebis; quousque aura uescamur amicos veros, non fictos: et tuos tuorumque omnium perpetuos fautores. Vale et in tuo amore erga nos que re ipsi percepimus persevera:
 20 atque (διαγεγραμμένον) iterum vale Ex urb[e], ij novembris.

6.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

(Ἐκ Ῥώμης, 26 Ὀκτωβρίου 1471)¹.

Joannes Argyropylus Laurentio suo magnifico: salutem perpetuamque foelicitatem.

Illud quod abs te impetrauimus: nondum assequuti

¹ Σώζεται αυτόγραφος ἐν τῷ Archivio di Stato τῆς Φλωρεντίας, ἐν τῷ τμήματι Carteggio Mediceo avanti il Principato, ἐν φακέλῳ (Filza) XXXVII ἀρ. 591. Φέρει δὲ ὀπισθεν τὴν ἐπιγραφὴν Magnifico uiro domino Laurentio medici amico suo carissimo, Florentie καὶ περαιτέρω ἄλλη χειρὶ +1471 A domino Joanne argyropilo die p^o nouembris, δι' οὗ σημειώματος δηλοῦται ἡ εἰς τὰ γραφεῖα τοῦ Λαυρεντίου Μεδίκου ἀφίξις τῆς ἐπιστολῆς.

sumus. Quod si aut iure aut gratia consequendum esse uideatur: a quonam queso potius quam abs te est impetrandum. Te enim et ciuem uistissimum: liuor cesset: aut inuidia rumpantur ilia Codro: et gratum erga tuos amicos: quique de te tuisque maioribus benemeriti sunt: aperte nunquam desistimus predicare. Quare illud a nullo alio homine compluribus de causis equo animo consequi patiemur. Non plura. Ie enim ut Iaconem gaudere perbreuibus noui: atque hoc addere tuis laudibus consueui Vale et nos id postere nunc scias, quod a statutis uestri gymnasij datur et quod a patre tuo uiro clarissimo suisque collegis cum conducebamur oblatum est nobis scripto atque promissum.

Ex Urbe XXVI. octobris.

7.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

(Ἐκ Ῥώμης, 5 Δεκεμβρίου 1471)¹.

Johannes Argyropylos Magnificentissimo Laurentio suo. Benefitio tuo mi Laurenti: res nostras nuper accepimus sine sumptu ullo uectigalium tuaque benignitate omnibus in rebus semper nos complexus es, nec ullo iure sive magno sive paruo tua humanitas benignitasque nunquam nobis non presto fuit. Nunc obliuione libelli qui clam uel potius scartabelli relictis istis sunt, eos huc afferi iussi. Ceterum ne impedianur te precor: iubeas ut sine impedimento ex-

¹ Σώζεται αυτόγραφος ἐν τῷ Archivio di Stato Φλωρεντίας, ἐν τμήματι Carteggio Mediceo avanti il Principato, ἐν φακέλῳ (Filza) XXVII ἀρ. 561. Φέρει δὲ ὀπισθεν τὴν ἐπιγραφὴν Nobilissimo et magnificentiss[imo] viro domino I. Laurentio Me[d]ico suo carissimo. Florentie καὶ περαιτέρω ἄλλη χεὶρὶ + 1471 Da Roma a di 13 di dicembre, δι' οὗ σημειώματος δηλοῦται ἡ ἡμέρα τῆς ἀφίξεως.

trahi liceat. Quominus res est magna; eo uerecundius a te peto. Sed quam facile tu potes et soles in nos esse beneficus: tam facile ipsi debemus tua beneficia non negligere: quin etiam expetere ultro et tibi pro ys perpetuas immortalesque gratias
 5 habere. Ut si quid etiam pro te ipsi possumus: paratos nos esse intelligas: ad omnia uidelicet: que aut tua aut tuorum interesse putemus. Quod iam sine nostra pollicitatione persuasum tibi esse non dubitamus. Vale et me ut soles ama. Ex urbe vij decembris.

8.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ

(Ἐκ Ῥώμης, 3 Ἀπριλίου 1472)¹.

Jesus.

10 Iohannes argyropylus Magnifico Laurentio. S[alutem].
 Isatius tuus ad illustrissimum ducem nunc proficiscitur. Atque cum sit inter illum et te summa beniuolentia summusque amor; et nos omnia nostra ad tuam nobilissimam domum: et te tuosque referamus: rogo et obsecro ut litte-
 15 ris tuis ipsum Isatium illustrissimo illi principi comendes, non comendatione quadam uulgarī: Sed ea qua princeps

¹ Σώζεται αὐτόγραφος ἐν τῷ Archivio di Stato τῆς Φλωρεντίας, ἐν τῷ τμήματι Carte Stroziane Serie 1^a, ἐν φακέλῳ (Filza) CXXXVII ἀρ. 86. Φέρει δὲ ὀπισθεν τὴν διεύθυνσιν Nobilissimo et magnificentissimo uiro domino Laurentio medici suo [amico ca]rissimo. Περαιτέρω δὲ δι' ἄλλης χειρὸς φέρεται τὸ σημείωμα τόδε· 1472 Da Roma il di VIIIj d'aprile. Ὁ Legrand, ἐκδοὺς τὴν ἐπιστολὴν ἐν ταῖς Cent-dix lettres grecques de François Filelfe. Ἐν Παρισίοις. 1892 σ. 343 κ. ἐ., συνεπλήρωσε πλημμελῶς τὴν διεύθυνσιν suo [patrono observand]issimo. Ἐνταῦθα δ' ἐκδίδων τὴν ἐπιστολὴν κατὰ νέον ἀπόγραφον ἐκ τοῦ πρωτοτύπου, ὑποσημειόνω τὰς παρὰ τῷ Legrand (l.) διαφορὰς πλὴν τῶν περὶ τὴν στίξιν.

11. *Isacius* L 12. *benevolentia* L 14. *licteris* L 15. *Isacium* L
 16. *vulgarī* L

ille nos tuos penitus esse cognoscat: tueque domui preclarissime deditos addatur et hoc: beneficijs sine numero illis que a maioribus tuis atque abs te in nos liberalissime sunt collata. Nihil aliud nos profecto expetimus, nihil aliud affectamus: nisi ut ille princeps ceteraque omnes gentes et nationes nos tuos esse ut sumus: et tuo generi nobilissimo preclarissimeque tue domui deditos omnino percipiant. Vale perpetuo felix atque beatus et nobis ut tuis semper mandare uelis pro honore tuo tuorumque semper paratis etiam negligere uitam. 5 10

Ex urbe iij aprilis.

9

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΔΟΥΚΑ ΜΕΔΙΟΛΑΝΟΥ

ΓΑΛΕΑΤΣΟΝ ΜΑΡΙΑΝ ΣΦΟΡΤΣΑΝ

(Ἐκ Ῥώμης, 3 Ἀπριλίου 1472)¹.

Illustrissimo Principi G. M. Duci mediolanensi etc.

Ioannes Argyropylus Salutem Plurimam Dicit. Et antea nobilissime tuae virtutes Illme Princeps nos ad te diligendum non mediocriter compellebant. Sunt enim profecto non solum ad hominem sed ad principem etiam accomodatissime, a quo multarum gentium nationum civitatumque salus dependet, et nunc tuę ad nos littere omni humanitate officioque referte adeo nos ad te amandum colendumve compulerunt ut si te summa beniuolentia semper, summoque

2. *beneficiis* L 9. *velis* L 10. *vitam* L

¹ Σώζεται αυτόγραφος ἐν τῷ Archivio di Stato τοῦ Μεδιολάνου, ἐν τῷ φακέλῳ Autografi. Uomini celebri. Argiropulo Gio. Φέρει δὲ ὀπισθεν τὴν διεύθυνσιν Illustrissimo et Excellentissimo Principi Duci inclito Mediolani etc. Papie Anglerieque comiti, Janue et Cremonae domino. Εὔρηται δὲ κάτωθεν τῆς ἐπιστολῆς ἐπὶ χάρτου ἐπικεκολλημένου τὸ ἐν τῷ Προλόγῳ τοῦ παρόντος βιβλίου παρατεθὲν ἀπότυπον τῆς σφραγίδος τοῦ Ἀργυροπούλου.

amore non prosequamur, nos ipsos ingrattissimos ac iniquissimos esse putemus.

Nos itaque pro tuo erga nos officio atque humanitate quo nihil maius esse existimamus id agimus, nos ipsos Excellentię tuę offerimus atque adeo ut pro quovis tuo commodo vitam etiam negligamus. Vale semper victor foelix atque beatus, et Isaacium tuę celsitudini deditissimum atque observantissimum ut consuevisti facere cum humanitate suscipe ut iussit Celsitudo tua ita feci, necque medius fidius mihi iocundius quicquam erit quam hunc Excellentię tue obtemperare obsequi atque servire. Ex Urbe. iij Aprilis 1472.

10.

ΠΡΟΣ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΝ ΜΕΔΙΚΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΗ

(Ἐκ Ῥώμης, 11 Φεβρουαρίου 1476)¹.

Ioannes Argyropylus Laurentio suo salutem.

Antonius Rocca Pisanus, vir egregius et mihi familiarissimus, meas ad te litteras iure amicitie impetravit, quibus te ad iusticiam servandam interfecti illius Petri Mastrani iura exequenda hortarer. Hortor itaque te, mi suavissime Laurenti, quem ut in ceteris bonis humanis, sic et in iusticia defendenda nemini tempestatis huiusce homini cedere certo scio, ut hac etiam in causa id agas quod et in ceteris agere semper consuevisti. Quid enim aliud aut te facere, aut me te admonere hac in causa decet? Tu es equitatis amator. Ego sum utriusque amicus, atque ideo iura illius tuo ma-

¹ Σώζεται αυτόγραφος, ανήκουσά ποτε εἰς τὴν συλλογὴν αὐτογράφων τοῦ θανόντος Γάλλου μαρκίωνα Queux de Saint-Hilaire, ὅστις ἀνεκοίνωσεν αὐτὴν εἰς τὸν *l'egrand*, ἐκδόνα ἐν ταῖς *Cent-dix lettres grecques de François Filelfe*. 1892 σ. 344 κ.έ., ἐξ ἧς ἐκδόσεως καὶ παρέλαβον αὐτὴν ἐνταῦθα. Τῆς συλλογῆς τῶν αὐτογράφων τοῦ Saint-Hilaire πωληθείσης ἐν δημοπρασίᾳ, ἄγνωστον ποῦ νῦν ἀπόκειται τὸ πρωτότυπον.

xime munere servari percupio. Si pater homicide conscius est cedis, cur non et homicida et ipse lueret penas? Illud igitur inquiratur iusticie lege, consciusque si fuerit inventus, obnoxius crimini iudicetur. Plusquam verisimile profecto esse videtur compulsu patris auctoritateque filium cedem egisse, si uterque, magisque pater, interfectum illum odio tanto persequebatur. At eum patrem, quem ita rem gessisse constaret, quis non asseruerit una cum filio et manus ad idem scelus movisse, et mucronem eundem ad eandem necem strinxisse? Illum magis homicidam profecto quam filius, ratione sane primi principii, auctoramenti deliberationisque, omnes homines, si vera fateri velint, uno ore unaque sententia iudicarent. Tu, mi Laurenti, hac in causa ita agas velim, ut ab universis hominibus plus apud te societatis humane salus quam nonnullorum hominum valere gratia videatur. Vale perpetuo felix et me, ut soles, ama. Raptim.

Rome, tertio idus februarii.

11.

ΠΡΟΣ ΛΑΥΡΕΝΤΙΟΝ ΜΕΔΙΚΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΛΟΙΠΕΙΗΝ

(*Ἐξ Ῥώμης, 31 Μαΐου 1476*)¹.

Jaannes Argyropylos magnificentissimo Laurentio suo salutem perpetuamque felicitatem.

Libris depositis: habitisque pecuniis: ad te iocundissime mi Laurenti sumpta oportunitate proficiscar. Ita est statutum ubi tibi placet. Vale dimidium animi mei perpetuo felix atque beatus. Et me ut soles ama.

Ex urbe, pridie Kalendis Juniis.

¹ Σώζεται ἐν τῷ Archivio di Stato τῆς Φλωρεντίας, ἐν τῷ τμήματι Carteggio Mediceo avanti il Principato, ἐν φακέλῳ (Filza) XXXIII ἀρ. 427. Φέρει δὲ ὁπισθεν τὴν διεύθυνσιν *Magnificentissimo et sapientissimo viro, d. Laurentio Medici amico suo percolendo. Florentie* (βραχυγραφικῶς). Ἐν δὲ τῇ ἄνω ᾠσφά φέρεται τὸ σημείωμα τόδε· 1476 Dni Iohannis Argiropili Die VII Iunii.